Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 82



fecto uni, subjicietur multis per diversa loca: & qui non insistit uni manuali operi, in promiscuis operibus conteretur. Qui nimio vestium cultu delectatur, nocet animæ suæ: nam sumtuosæ ac pretiosæ vestes animam monachi coarguunt atque vituperant; vilia autem vestimenta monacho conducunt. Dedecori monacho est superbia, audacia, stoliditas, indiscretio, iracundia, imprudentia. Turpis est monacho oculus vagus atque distractus: oculus enim vagus dolores multos conciliat sequenti ipsum. Nisi ab oculorum te distractione continueris, temperantiæ ac pudicitiæ sulcos non rectos ages. Vituperium homini est vino inebriari: & cum multos viderim, neminem similem ei reperio. Monachus, qui in propriis gloriatur viribus, primus ipse imprudens est ac demens. Confusio est ac improperium monacho, in propria gloriari

1. Cor. 1. potentia. *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Insipiens in risu extollit vocem suam: insipientissimus vero, qui inambulans movet ac ventilat inordinate humeros suos, simul & brachia. Insolentiæ signum est in monacho, sinistram partem camisii sui indecenter assumere: at qui bene morigeratus est, in cunctis religiose verecundeque aget. Perniciosum homini vitium est, usitata sibi reddere juramenta in ore suo. Noli adsuescere juramentis in ore tuo, ut non multiplicentur ignorantiæ tuæ, & pro justitia tibi peccata coacerves. Gloria monacho timere Dominum, & observare mandata ejus. Gloria monacho humiliare seipsum, & submittere se parvis pariter ac magnis. Gloria monacho est discretio, & humilitas animi. Gloria monacho est injuriæ ac malorum oblivio, nec non patientia, & sobrietas atque vigilantia ad omne opus bonum. Ne senem despexeris, si ad labores solitariæ vitæ venire vo-

Matth. 20. luerit: etenim Dominus eos qui ad undecimam horam accesserant, non rejecit. Ignoras enim, an forte vas electionis sit iste. Si superbiam amaveris, eris pars dæmonum: sin autem humilitatem dilexeris, eris pars Christi Domini. Si avaritiam amaveris, vacuus & inanis hinc abibis: at si voluntariam paupertatem dilexeris, divitiis cœlestibus non privaberis. Si passionem memoriæ injuriarum in corde tuo occultaveris, domicilium eris iracundiæ & ignorantiæ, tristitiæ pariter atque doloris: & aspectus faciei in te immutabitur. Viæ enim,

Proverb. 12. inquit, eorum qui injurias memoria tenent, in mortem sunt. Vir alte sapiens plurimum contristabitur: at qui humiliter sentit, in Domino semper lætabitur. Superbia honorem omni tempore requirit: at humilitas neque in gloria effertur, neque in ignominia angitur: nam mercedem a Domino exspectat. Qui memoriam injuriarum abscondit in corde suo,

simi-

A φόρους τόπους· καὶ ὁ μὴ ἐμμένων ἐν ἐργοχείρῳ ἑνὶ, συντριβήσεται ἐν διαφόροις ἔργοις. Ὁ καλλωπίζων ἱμάτια ἑαυτοῦ, βλάπτει ψυχὴν ἑαυτοῦ. ἱμάτια γὰρ πολυτελῆ μωμεῖ ψυχὴν μοναχοῦ· ἱμάτια δὲ εὐτελῆ ὠφελεῖ τὸν μοναχόν. Μῶμος πονηρὸς μοναχῷ, ὑπερηφανία, θρασύτης, ἀναισθησία, ἀναίδεια, ἀδιακρισία, ὀξυχολία, ἀφροσύνη. Μῶμος μοναχῷ, ὀφθαλμὸς μετέωρος· ὀφθαλμὸς γὰρ

B μετέωρος συνάγει ὀδύνας πολλὰς τῷ ἐξακολουθοῦντι αὐτῷ. Ἐὰν μὴ ἐγκρατεύσῃ τοῦ μὴ ῥέμβεσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐ μὴ ὀρθοτομήσῃς τοὺς αὔλακας τῆς σωφροσύνης. Μῶμος ἀνδρὶ μεθύσκεσθαι ἐν οἴνῳ· πολλοὺς ἰδὼν, οὐχ ὡμοίωσα αὐτῷ. μοναχὸς ὁ καυχώμενος ἐν τῇ ἰδίᾳ ἰσχύϊ, πρῶτος ἄφρων· αἰσχύνη καὶ ὄνειδος μοναχῷ, καυχᾶσθαι ἐν τῇ ἰδίᾳ δυνάμει· ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω· ἄφρων ἐν γέλωτι ὑψοῖ τὴν φωνὴν αὐτοῦ· ἀφρονέστατος δὲ ὁ ἐμπερι-

C πατῶν, καὶ σείων ἐμπαθῶς τοὺς ὤμους αὐτοῦ, ἅμα δὲ καὶ τοὺς βραχίονας. Σημεῖον ἀπαιδευσίας ἐπὶ μοναχῷ, ἀναλαβεῖν τὸ ἀριστερὸν μέρος τοῦ καμασίου αὐτοῦ ἐμπαθῶς· ὁ δὲ πεπαιδευμένος, ἐν παντὶ εὐλαβηθήσεται. Ἀναιρετικὸν πάθος ἀνδρὶ, ἐθίζειν ὅρκους ἐν στόματι αὐτοῦ. Μὴ ἐθίσῃς ὅρκους ἐν τῷ στόματί σου, ἵνα μὴ πληθυνθῶσιν αἱ ἄγνοιαί σου, καὶ ἀντὶ δικαιοσύνης, ἁμαρτίας σωρεύσῃς ἑαυτῷ. Δό-

D ξα μοναχῷ, φοβεῖσθαι τὸν Κύριον καὶ τηρεῖν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· δόξα μοναχῷ, ταπεινοῦν ἑαυτὸν μικροῖς τε καὶ μεγάλοις· δόξα μοναχῷ, διάκρισις καὶ ταπεινοφροσύνη· δόξα μοναχῷ, ἀμνησικακία καὶ ὑπομονὴ, καὶ νῆψις εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Μὴ ἐξουθενήσῃς γέροντα, ἐὰν βουληθείη ἐλθεῖν εἰς τὸν κόπον τοῦ μοναδικοῦ βίου· καὶ γὰρ ὁ Κύριος τοὺς περὶ τὴν ἑνδεκάτην οὐκ ἀπεβάλετο· οὐ γὰρ οἶδας μήποτε σκεῦος

E ἐκλογῆς ἐστιν οὗτος. Ἐὰν ἀγαπήσῃς ὑπερηφανίαν, ἔσῃ μερὶς δαιμόνων· ἐὰν ἀγαπήσῃς ταπεινοφροσύνην, ἔσῃ μερὶς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. Ἐὰν ἀγαπήσῃς τὴν φιλαργυρίαν, κενὸς πορεύσῃ ἐντεῦθεν· ἐὰν ἀγαπήσῃς τὴν ἀκτημοσύνην, τοῦ οὐρανίου πλούτου οὐ στερηθήσῃ. Ἐὰν κρύψῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου πάθος μνησικακίας, ἔσῃ οἰκητήριον θυμοῦ καὶ ἀγνωσίας, ἅμα δὲ καὶ τῆς λύπης, καὶ ἡ ὅρασις τοῦ προσώπου ἀλλοιωθήσεται ἐπί σε. Ὁδοὶ γὰρ, φησὶ, μνησι-

F κάκων εἰς θάνατον. Ὑψηλόφρων ἀνὴρ πολλὰ λυπηθήσεται· ὁ δὲ ταπεινόφρων εὐφρανθήσεται ἐν Κυρίῳ διαπαντός. Ἡ ὑψηλοφροσύνη ἐν παντὶ καιρῷ τιμὴν ἐπιζητεῖ· ἡ δὲ ταπεινοφροσύνη οὔτε ἐπὶ δόξης ἐπαίρεται, οὔτε ἐπὶ ἀδοξίᾳ ἀδημονεῖ· τὸν γὰρ μισθὸν παρὰ Κυρίου ἀπεκδέχεται. Ὁ κρύπτων μνησικακίαν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, ὅμοιός ἐστι τῷ

τρε-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0330
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg